# Ad Textus Pœnitentiales Anni 1696. notand.

*Die I. a. d. 24. April.*

Psal. 27: v. 7, 8. *Exposit. in* Fasciculo Disposit. Homilet. *Anno 1686. d. I. Conc. I. pag. 487. conf. d. 2. Conc. 3. pag. 505.*

Psal. 33: v. 18, 19. *Exposit. 1683. d. 4. Conc. I. pag. 410. Conf. pag. 172. in 1. Reg. 8. 37. seqq. & in Hagg. 1. pag. 167. die I. Conc. I. 1675. & pag. 463. d. 2. Conc. I. 1685. Ista & alia loca S:æ S:æ, cum de fame agunt, illam ex justa DEi irâ, per æstum & defectum pluviæ provenisse ostendunt; ast quæ jam durissimè affligit omnes ferè Patriæ regiones, plerumque ex nimiâ pluvia orta est; eo evidentius iræ Divinæ signum, quod instrumentum benedictionis Divinæ, aquam de cœlo, Lev. 26: v. 4. Deut. 11: v. 14. & 28: v. 12. Psal. 65: v. 10. Act. 14: v. 17. ( hinc* pluviæ benedictionis, *Ezek. 34: v. 26.) reddiderit medium, quo benedictionem uberrimam, in mediâ æstate oculis nostris exhibitam, perdere & tollere voluerit.* יֵרָקוֹן Jerakon, *redditur communiter* rubigo, Brand; *plenius describitur, quod sit putrefactio ex nimio humore, unde spicæ fiunt immaturæ & marcidæ: sic inter pœnas recensetur, Deut 28: v. 22. 1. Reg. 8: v. 37: Amos 4: v. 9. Hagg. 2: v. 18. Valdè itaque noxia nobis nuper fuit copiosa* pluvia in messe, *Prov. 27: v. 1. conf. 1. Sam. 12: v. 17.* Inundans *erat &* prosternens *fructus terræ, ut postea* non sit panis *Sic juxta Hebr. Text. Prov. 28. v. 3. conf. Joël 1. v. 10, 11. Merito cum Judæis* timeamus præ pluviis, *Esdr. 10: 9. considerand horrenda DEi judicia per imbres, Gen. 7: 4. seqq. Exod 9: v. 33, 34. Cum vero ideo DEus nos castiget, ut ad DEum convertamur, Deut. 31: v. 17. Esa. 28: v. 17. Hos. 5: v. 15. & 6: v. 1. ideo (1) Agnoscamus nos per peccatorum abundantiam, hanc panis penuriam attraxisse, Lev. 26: v 16. 19, 26. Jer. 30: v, 14, 15. Ezek 14: v. 13. (2) Serio resipiscamus, Amos. 4: v. 6: 7, 12. ne de nobis ingeminetur querela* Likwäl omwände J Eder intet. *&c. (3) Firmâ fiducia ad DEum confugiamus, Psal. 37: v. 3, 25. & 131: 15. 1. Pet. 5: 7. (4) Constanter DEi opem imploremus, 2. Chron. 6: v. 28, 31. Psal. 107. v. 5, 6. Amos. 7: v. 12. (5) Ex eo quod reliqvum nobis sit, DEi gloriam ejusque cultum promoveamus. Prov. 3. v. 9, 10. Hagg. 1. 8. seqq. & 2: 16. seqq. Mal. 3: v. 8. seqq. conf. 1. Reg. 17: v. 13, 14. & 18: 4. Et quoad possumus, egenis subveniamus, Psal. 41: v. 2. Act. 11: v. 28-30: 1. Tim. 6: v. 17 - 19. &c. Quod si agamus, anno hoc* sexto *post M. DC XC. DEus, qui omnipotens est, ex misericordia sua, nobis mittet* sexti anni benedictionem, *Lev. 25. v. 21. Interea Psal. 145. v. 15.-21.*

Amos 5. v. 14. *Expositio 1667. die. 2. Conc. 2. pag. 38. item 1676. die 4. Conc. I. pag. 221.*

---

*Die II. a. d. 12. Junii.*

Jer. 14. v. 20, 21. *Exposit. Anno 1687. die 2. Conc. 2. pag. 537.*

2. Paral. 30. v. 8. *Exposit. 1680. die 3. Conc. I. pag. 335.*



Die

Deut. 5. v. 29. *Conf. Psal. 81. v. 14. seqq. die 2. Conc. 3. Anno 1688, pag. 574. & Deut. 28: v. 1. seqq. die 2. Conc. 2. Anno 1690. pag. 630. item Esa. 1. v. 19. die 2. Conc. 1. Anno 1687. pag. 535. In hunc modum ex plurimis Homiliis haberi possunt quæ hunc textum tertium illustrant.*

---

*Die III. a. d. 10. Julii.*

Esa. 59. v. 1. 2. *Exposit. Anno. 1684. die 3. Conc. 1. pag. 433.*

Mich. 7. v. 18, 19. *Exposit. Anno 1666. die 2. Conc. 3. pag. 16. item 1672. die 3. Conc. 1. pag. 119. ut & 1682. die 4. Conc. 1. pag 377.*

Eph. 4. v. 17, 18. *Exposit. Anno 1686. die 2. Conc. 1. pag. 498.*

---

*Die IV. a. d. 7. Augusti.*

Psal. 90: v. 13, 14. *conf Parascev. Conc. 2. die 2. Anno 1690. pag. 630, & Parascev. Conc. 2. diei 4. pag. 649.*

Psal. 33. v. 20, 21, 22. *Exposit. 1683. die 4. Conc. 1. pag. 410. item 1685. die 3. Conc. 1. pag. 476.*

Judæ. v. 20, 21. *Exord. 1. Pet. 2. v. 5. sic & in textu reqvirit Judas Thaddeus (Propos.)* ædificationem saluberrimam. *Descripserat v. 18, 19. destruentes conf. Psal. 11. v. 4. convertit se deinde ad fideles v. 20.* Vos autem dilecti, *quos & DEus amat, Rom. 1: v. 7. & pii diligunt, 1. Pet. 1: v. 22.* Attendite *(α) Quæ sit adhortatio mea Apostolica:* Superstruentes vos ipsos. *Magna nobis debet esse cura ædificationis, 1. Cor. 14: v. 26. tum aliorum. Judæ v. 22, 23. 1. Thess. 5: v. 11. Hebr. 10: v 25. tum nostræ, 1. Pet. 2: 5. non ex viribus propriis, 2. Cor. 3. v. 5. sed per verbum Dei & virtutem Spir. S. perficiendæ, Act. 9: v. 31. & 20: v. 32. Col. 2: v. 6. Ad hanc v. spiritualem structuram requiritur firmitas, Eph. 3: v. 17. incrementum, 1. Thess. 4. v. [illegible] 2. Pet. 3: v. 18. Virtutum sacrarum ornatus, 2. Pet. 1: v. 5. seqq. ut sic dicatur ædificium DEi, 1. Cor. 3. v. 9. Ephes. 4: v. 12, 16 fundamentum innuit:* sanctissimæ vestræ fidei. *Salvator noster est sanctissimus, Dan. 9: v. 24. cui innititur fides, 1. Cor. 3. v. 11. Judæ v. 3, 4. ex verbo DEi producta, Ephes. 2: v. 20 sitque* fides *illa* sancta, *1. Cor. 6. v. 11. h. e. immunis à doctrinâ falsa, Ephes. 4. v 14. Judæ v. 12: v. 15. & vita impura, Act. 15: v. 9. 2. Pet. 3: v 14. Jac. 1: v. 27. (β) Quid in sancto hoc ædificio agatis:* (1) Per Spiritum Sanctum orantes, *Zach. 12: v. 10. Joh. 4: v. 23, 24 Rom. 8: v. 26. Ephes. 6 v. 18.* (2) Vos in charitate DEi conservantes, *per verbi Divini usum, & præceptorum Divinorum observantiam, 2. Tim 3: v. 14, 15, 17. 1. Joh. 3: v. 23, 24 & 4: v. 12, 19. sic vos invicem ad DEi amorem excitetis, Joh. 14: v. 23. 1. Tim. 1: v. 5. & de DEi amore in vos certi sitis, Rom. 8: v. 35, 39. 2. Cor. 13. v. 13. 1. Joh. 4: v. 10. Judæ v. 2.* (3) Exspectantes misericordiam D. N. J. C. in vitam æternam. *Vita illa est finis fidei 1. Pet. 1: v. 9. illam à DEi gratia per J Esum consequemini, Matth. 25: v. 34. Rom. 5: 17, 18, 19. & 6: v. 23. 1. Tim 1: v. 15, 16. interea eum patientia exspectetis, 2. Pet. 3: v. 14, 15. Jac. 5: v. 7. 8. Usus pius Concionatoris zelus monstret.*